Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 30

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 49.

Cod. XXV.

partim membran. partim chart. Fol. min. 3. 6. Seculo ut videtur, XV. Scriptus. In eo habentur

1.

Lactantii Firmiani Libri VII. Divinarum Institutionum.

2a-2274

Imbrula

Lactantii Firmiani Libri VII. Divinarum Institutionum adversus gentes, quorum civilibet prolixa est inscriptio; primus agit de falsa religione, Secundus de origine erroris, &c. ut in editionibus; Sextus et Septimus inscriptione carent ex ostitantia miniatoris. His subjunguntur nonulla de Lactantio encomia, quae quoniam in editis non exstant, ascribere libet.

"Lactantius quasi quidam fluvius eloquentiae tullianae
"Crispum filium Constantini latinis literis erudivit.
"Vir omnium sui temporis eruditissimus, adeo in hac
"vita pauper, ut plerumque necessarius indiguerit, ut
"[utinam!] jam nostra asserere potuisset, quam
"facile aliena destruxit." Hier. epist. 13. ad Paulinum.
"Lactantius Firmianus vir doctrina multiplicis, ta-
"rique inter suos eloquentiae filii, quoniam sumi
"principis, magister communi egestate vitam duxit."
"Lactantium propter eruditionem legendum arbitror,
"quemadmodum Originem, Arnobium et nonnullos cultos
"Scriptores Graecos pariter et Latinos, ut bona eorum
"eligantur, vitemusque eorum alia, juxta Apostolum: Omnia probate &. Quis enim interdicere

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 30

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 50.

" potest, ne legam institutionum libros, quos contra Gentes
" scripsit fortissime? Qui de ira Dei quoque et opificio
" duo volumina edidit; quem quisquis legerit: dialogum Ci-
" ceronis exscriptum reperiet."
" Audi ergo quod Lactantius, vir poetarum et philosopho-
" rum notitia, et Ciceronis facundia, sed etiam qua
" cuncta transcendit, catholica religione clarissimus, primo
" suarum institutionum libro ait: Nesciunt quis sit li-
" centia poetica modus: quousque progredi fingendo liceat."
" Lactantius Firmianus, et ipse vir magnus in eo libro,
" quo Gentilium erroribus exarmatis, fidem nostram,
" quantum quivit, armavit, omnemque hanc Deorum
" scenam mirabili et laudabili curiositate detexit. In
" eo opere angusto atque aliis sequentibus viam fecit.
" Quomodoque multa de prima Deorum inventione dise-
" ruisset, sic adjecit: Denique ipsi reges, quomodo cari
" fuissent iis, quorum vitam composuerant."

De Lactantio vid. Dupin in Biblioth. nouv. des auth. eccles. T. I. pag. 324. Pope Blount in cens. celebr. auth. pag. 216.

2.

Q. S. Fl. Tertulliani Apologeticus.

228a–270b

Q. Septimii Florentis Tertulliani Apologeticus adversus gentes, qui incipit: " Si non licet vobis " cf. Promitti. Iure duplex de Tertulliano testimonium S. Hieronymi, primum est: Tertullianus presbyter, quod dedit in Catal. Scriptor. eccles. alterum: Quid Tertulliano eruditius cf. quod habetur in S. Hieronymi Epist. ad Magnum, oratorem Rom. ubi de script. christ.

De Tertulliano, ejusque scriptis vid. Dupin Nouv. Bibl. des aut. eccl. T. I. pag. 90. et segg.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 30

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1728

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)